Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 26 (24)

Miseratione Divina, Epi, Pbri, et Diaconi. S. R. E. Cardinales. Rde tanq̃ Fr in chro nobis dilecte, salutem et syn-
ceram in Dno charitatem. Nihil minus cogitari arbitramur à Tua fraternitate, quàm quod nunc non sine maxima
animi nri molestia scripturi ad te sumus. Sanctae videlicet me: Marcellum secundum, Pontificem Maximum, nocte
proxima, post undecim dierum aduersam valetudinem, tum cum iam conualuisse videbatur, ~~vi morbi~~ occulta
grauissime oppressum, ex hac vita excessisse. quo omnium luctu ac mærore, nemo est, qui eum nouerit, ut
tua fraternitas, qui non per se facile possit existimare. Sed quanto id minus a nobis expectabatur, tanto
Dei voluntati quietius accomodari debemus. Quippe. cuius consilia, nemini unq̃ nõ maxime salutaria
sunt existimanda. Eiusmodi, ut putamus, illius probitatis, virtutisq; apud Divinam Maiestatem merita
sunt, ut eum nobis in illo in cælis minus, q̃ hic in terris fecisset, speremus profuturum. Ne tamen diu-
tius, quàm rei postulat necessitas differamus, mox ad eius successorem eligendum, omnia diligentissime
procurabimus. Illudq; in primis, ut Sancto adiuuante Spiritu, is à nobis eligatur, qui desyderium de-
mortui, si non forte omni, at magna saltem ex parte possit imminuere. Tua interim fraternitas, lrãs
Serenissimo Duci his coniunctas reddet, quarum exemplum ad te mittimus, et in earum sententiam,
quæ tibi opportuna esse videbuntur, nris verbis cum eius Serenitate loquetur, eamq; Nuncij per-
sonam usq; ad Pontificem proxime futurum pro et sedis aplicæ nomine geres, quàm hucusq;
gessisti. Nos tuæ virtuti ac meritis nunq̃ in ijs, quæ poterimus, defuturi sumus. Dat. Romæ
in Palatio Aplico ex Congregatione nra gnali sub sigillis Triũm nostrũm in ordine Priorũ
Die Prima Maij. M. D LV.

Fr. Binus

XXIX, ~~230~~ ~~227~~ 230

1555. p.° maggio

Ven.li Tanq.z fr.i Philippo Archinto Ep.o Salutiarum Sedis Ap.lice apud Dominium Venetorum Nuncio etc.

Ep.i
Pbri et
Diaconi

S. R. E. Cardinales

Morbio 26 (24)

67) 1555. 1. Mai

[illegible] Marcellus [illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1880532786-14/fragment/page=0002